



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Triapostolatus Septemtrionis

Caesar, Philipp

Coloniæ Agrippinæ, 1642

2. Ludovious Imperator facit S. Ansgarium ordinari Archi-Episcopum
Hamburgensem; & laus eius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43650

tenus infidelem ad fidem Christi conuerterit, vsque adhuc ordinatis per ipsam Prouinciam sufficienti numero episcopis, & Sedi- bus eorum prouidè distributis extremam ad plagam Aquilonarem eiusdem Prouinciæ partem ad hoc reseruauerit, vt ibidem Archi- Episcopalis constitueretur Sedes, vnde præ- dicatio Verbi Dei finitimis fieret populis, Sueonum, Danorum, Norueorum, Fariæ, Gronlandan, Islandan, Scriduundan, Slauo- rum, nec non omnium Septentrionalium & Orientalium nationum quocunque modo nominatarum, qui paganis adhuc erroribus inuoluuntur.

CAPVT II.

*Ludouicus Imperator facit S. Ansgarium ordinari
Archi-Episcopum Hamburgensem;
& laus eius.*

Res ad hoc opus constructa est tantum & dedicata Hammaburgensis Ecclesia in confinio Danorum & Slauorum, in extre- mis videlicet partibus Saxonum inter eos qui dicuntur Nordalbingi, & vnà cum incolis lo- corum eadem Ecclesia inssu eiusdem gloriosi Imperatoris Karoli ad gubernandum est Presbyteris commissa, donec opportuno tem- pore deputatis prius ad locum Episcopali- bus sufficientijs Archi-Episcopum faceret i- bidem consecrari. Ipso autem ante huius ef- fectum voti ex hac vitâ sublato, pijs- simus fi- lius eius

lius eius iam dictus HLudovicus cum fidelibus suis hanc eius intentionem retractans Ansgarium summæ Sanctitatis virum vt pater decreuerat, priuilegij Archi-Episcopalis, & ordine & nomine sublimari, & iam dictæ nouellæ Ecclesiæ rudibusque adhuc in fide populis Rectorem, ac Gentibus vt dictum est necdum fidelibus Erogatorem Verbi diuini fecerat ordinari. Cuius à pueritia in Dei timore conuersationem, vel cum ætatis processu virtutum incrementa, vt quantis indicijs diuinitus præmonstratum sit Pontificatus & prædicationis eius officium, & quomodo per Sedis Apostolicæ priuilegia eius sit omnis causa munita, studiumque eius & profectum in lucrandis Deo animabus, quas vel in fide roborare, vel de paganismo ad Christianitatem producere cotidie satagebat, quisquis scire cupit, legat libellum vitæ eius, & quantæ Sanctitatis vir ipse fuerit perpendet. Nos nunc de eius Sanctitatis imitatore simul & dignitatis successore Rimberto scripturi, qualiter primò ei cognitus sit & consequenter ascitus hinc iam sequi incipiamus.

*Citatus
liber vitæ
S. Ansgarij
& post sapiens.*

CAPVT III.

Quomodo Rimbertus puer à S. Ansgario ascitus, & ad instituendum datus sit.

CVM iam dictæ nouiter institutæ Ham-
maburgensis Ecclesiæ termini essent
angusti, & ad tantum officium quod Epi-